

a suis desciuerunt: & tamen excusatissimus essem, etiam si non praecepta illorum sequer, sed exempla. Hoc quod dico, in duas diuidam partes. Primum ut possit aliquis, uel a prima aetate contemplationi uirtutum totum se tradere, ratione uiuendi querere, atq; exercere secreto. Deinde, ut possit hoc aliquis, emeritis iam stipendijs, profligatae etatis iure optimo facere, & ad alios actus animos referre, uirginum uestimentum more, quaenam inter officia diuisis, discunt facere sacra, & cum diciderunt docent. Haec Stoicis quoq; placere ostendam, non quia legem dixerim mihi, nihil contra dictum Zenonis Chrysippi pium committere, sed quia ipsa patitur me ire in illorum sententiam, quam si quis semper unius sequitur, non iniuriae, sed factio[n]is est. Vt in tam quidam iam tentetur omnia, & in operis confestim ueritas esset, nihilq; ex decretis mutaremus. Nunc ueritatem cum eis ipsis qui docent, querimus. Duæ maxima in hac re dissident facta Epicureorū & Stoicorum. Sed utraq; ad ocium diuersa uia mittit. Epicurus ait: Non accedit ad. R.P. sapientis, nisi siquid interuenierit. Zenon ait: Accedit ad. R.P., nisi siquid impedierit. Alter ocium ex proposito petit: Alter ex cauila. Causa autem late illa patet, si. R.P. corruptior est, q; ut adiuuari possit, si occupata est malis. Non nitetur sapiens in superuacuum, nec se nihil p; futuris impendet, si parum habebit authoritatis aut uirium. Nec ilium erit admisſura. R.P. si ualitudo illum impedit, quomodo nauem cassam non deduceret in mare, quomo- do nomen in militiam non daret debilis, sic aditum quem inhabilem sciet, non accedit. Potest ergo & ille cui omnia adhuc in integrō sunt, anteq; ulla experientia tempestates, in tuto subsistere, & protinus commendare se nouis artibus, & illud beatum ocium exigere, uirtutum cultor, qua exercebit etiam quietissimis possunt. Hoc nempe ab homine exigit, ut profit hominibus, si fieri potest multis, si minus paucis, si minus, pximis, si minus fibi. Nam cum se utilem carceris efficit, comune agit negocium. Quoniam qui se deteriorem facit, non sibi tantummodo nocet, sed etiam omnibus eis, quibus melior factus prodeſſe potuisse. Sed si quis bene de se meretur, hoc ipso alijs prodeſſe, quod illis profuturum patrat. Duas. R.P. animo complectamur. Alteram magnam, & uere publicam, qua dij. atq; homines continentur, in qua non ad hunc angulum respicimus, aut illum, sed terminos ciuitatis nostræ cum sole metimus. Alteram cui nos ascripsit conditio nascendi. Haec aut Atheniensium erit, aut Carthaginæsium erit, aut alterius alicuius, qua non ad omnes pertineat homines, sed ad certos. Quidam eodem tempore utriq;. R.P. dant operam maiori minoriq;. Quidam tanto minori, quidam tantum maiori, huic maiori. R.P. & in ocio deservire possumus, imo uero nescio an in ocio melius, ut quaramus quid sit uirtus una pluresue sint. Natura an ars bonos uiros faciat. Vnū sit hoc, quod maria terræ, & maria terris inserta cōpletatur. An multa deus corpora eiūmodi sparserit. Continua sit omnis & plena materia, & ex qua cuncta gignuntur, an diuidita, & solidis inane permixtum sit, deus ledens opus suum spectet, an tractet. Vtrum ne extrinfexus illi circūfusus sit, an toti inditus. Immobilis sit mundus, an inter caduta, & ad tempus nata numeradus. Haec qui cōpletatur, qd deo præstat? Ne tanta eius opera sine teste sint. Solemus dicere sumum bonū esse secundum naturam uiuere. Natura ad utrūq; genuit, & cōtemplationi rerum & actioni. Nunc improbemus, quod prius diximus. Quid porro, hoc non erit probatum, si se uniusquisq; confuluerit, quanta cupiditate habeat, ignota noscendi, quā ad omnes fabulas excitat? Nauigant quidam, & labores peregrinationis longissimæ una mercede perpetiuntur, cognoscendi aliquid abditum remotum. Haec res ad spectacula populos contrahit. Haec cogit præclusa rimari, secretiora exquirere, antiquitates evolute, mores barbararū audire gentium. Curiosum nobis natura ingenii dedit, & artis sibi ac pulchritudinis sua conscientia, spectatores nos tantis rerum spectaculis genit, perditura fructum sui, si tam magna, tam clara, tam subtiliter ducta, tam nitida & non uno genere formosa solitudini ostenderet. Vt scias illam spectari uoluisse, non tantū aspici, uide quē nobis locum dederit. In media nos sui parte constituit, & conspectu omnium nobis dedit, nec erexit tantummodo hominem, sed etiam ad contemplationem factum, ut ab ortu sydera in occasum labentia prosequi posset, & uultum suū circuferre cum toto corpore sublime fecit illi caput, & collo flexibili imposuit. Deinde sena per diem, sena per noctē, signa perlucens, nullam non partem sui explicitu. Vt per haec quæ obtulerat eius oculis, cupiditate

lis, cupiditatem faceret, etiam ceteroru, nec enim omnia, nec tanta uisimis, quantia sunt, sed actes nostra aperit sibi inuestigando uiam, & fundamenta uera facit. Ut inq[ui]stio trahat ex apertis in obscura, & aliquid ipso mundo inueniat antiquius, unde ista sydera exi- erint. Quis fuerit uniuersi status anteq; singula in partes descenderint, quæ ratio mersa & confusa duxerit? Quis loca rebus assignauerit? suapte natura grauia defcederint, & uolauerint leuia, an propter uisum pondus corporum altior aliqua uis legem singulis di- xerit, an illud uerum sit, quod + a me probatur, homines diuini spiritus esse partem, ac ue- luti scintillas qualidam sacrorum in terras desiliuisse, atq; ex alieno loco exisse. Cogitatio nostra coeli munimenta perrumpit, nec contenta est id, quod ostenditur scire. Illud, inq[ui]t, scrutor quod ultra mundū iacet, utrum ne profunda uastitas sit. An & hoc ipsum terminis suis claudatur, qualis si habitus exclusis, informia & confusa sunt, an in omnem partem tantudem loci obtinentia, an & illa in aliquem cultum descripta sint, huic cohærent mundo, an longe ab hoc secesserint, & hic in uacuo uolentur, individua sint, p; qua struitur omne id quod natum futurum est, an continua eorum materia sit, & per totū mutabiles. Vtrum contraria inter se elementa sint, an non pugnant, sed per diuersa cōsparent. Ad haec querenda natus astigma, quod nō multū accepit temporis, etiam si illud totum sibi uendicat, cui licet nihil facilitate eripi, nihil negligenter patiatur excidere, li- cet horas suas auarissime seruet, & usq; in ultimā aetatis hūanā termīnos procedat. Nec quicq; illi ex eo, quod natura cōstituit, fortuna concuriat, tamē homo ad immortalitū co- gnitionem nimirū mortalis est. Ego secundū naturā uiuo, si totum me illi dedi, si illius admirator cultorū sum. Naturā autem utrūq; facere me uoluit, & agere, & contemplatiō uacare. Vt rūq; facio, quoniā ne cōtemplatio quidem sine actione est. Sed refert, inquis, an ad hanc uoluptatis causa acceſſerit, nihil aliud ex illa petens, q; assiduum cōtemplatio- nem, qua sine exitu est. Est ēm dulcis, & habet ille cebras suas. Aduersus hoc tibi respon- deo, aque refert, quo animo ciuilem agas uitā, an semper inquietus sis? Nec unq; sumas illud tempus, quo ab humanis ad diuinā respicias. Quomodo res appetere sine ullo uit- tum amore, & sine cultu ingenij, ac nudas adere operas, minime probable est. Misce- ri enim inter se ista, & + confyderari debent, sic imperfectum ac languidum bonum est, in ocium sine actu projecta uirtus, nunq; id quod didicit ostendens. Quis negat illi de- bere proiectus suis in opere tentare? nec tantum quid faciendum sit cogitare, sed etiam aliquando manū exercere, & ea qua meditata sunt, ad uegē perducere? Quid si p; ipsum sapientem non est mora, si non actor deest, sed agenda delunt? Evidet illi secum esse p- mittes, quo animo ad ocium sapiens secedit? Vt si ciat secum quoq; ea a curum, per qua posteris proſit. Nos certe sumus, qui dicimus, & Zenon & Chrysippus maiora egisse q; si duxissent exercitus, gesiſſent honores, leges tulissent, quas non uni ciuitati, sed toti humano generi tulerunt. Quid ergo est? quare tale ocium non conuenit bono uiro, per quod futura secula ordinet, nec apud paucos concionetur, sed apud omnes omnium gen- tium homines quicq; erunt? Ad summā quaro, an ex præceptis suis uixerint Cleantes & Chrysippus & Zenon. Non dubie respondebis sic illos uixisse, quemadmodū dixerant esse uiuēdum. Atqui nemo illorum, R.P. administravit. Non fuit, inquis, aut ea for- tunā, aut dignitas ea, quæ admitti ad publicarum rerum tractationem solet, sed idem ni- hilominus non fegnem egere uitam. Inuenierunt quemadmodū plus quies illorū homi- nibus prodesſet, q; aliorum discursus & sudor. Ergo nihilominus hi multum egisse uisi sunt, q; uis nihil publice ageret. Præterea tria genera sunt uitæ, inter quæ quid sit optimū quarti solet. Vnum uoluptati uacat, alterum contemplationis, tertius actioni. Primū, quod deposita contentione, depositoq; odio, quod implacabile est, diuersa sequentibus indi- ximus, uideamus an haec omnia ad idem sub alio atq; alio titulo perueniant. Nec ille qui uoluptatem probat, sine contemplatione est, nec ille qui se contemplationi inservit, sine uoluptate est, nec ille cuius uita actionibus destinata est, sine contemplatione est. Pluri- um, inquis, discriminis est, utrum aliqua res propositum, an propositi alterius accessio sit? Sane grande discriminem. Tamen alterum sine altero non est. Nec ille sine actione con- templatur, nec is sine contemplatione agit. Nec ille tertius, de quo male existimare con- sensimus, uoluptatem inertem probat, sed eam, qua ratione efficit firmam sibi. Ita & haec m ipsa uolūta

Ait, unde, sed
melius unū.
Alt. aera.

taliſ conſer-
opinor legē
dui conſerti

ipsa uoluntaria secta in actu est. Quid nō in actu est, quando ipse dicat Epicurus aliquando se recessum a uoluptate, dolorem etiam appetitum, si aut uoluptati iminebit pœnitentia, aut dolor minor pro grauiore sumetur? Quo p̄tinet hoc dicere, ut appareat cōtemplationē placere omnibus. Alij petunt illam. Nobis statio est, non portus hac. Adij ce nunc huc, quod e lege Chrysippi uiuere ocioſo licet. Non dico ut ociū patiatur, sed ut eligat, negant nostri sapientem ad quamlibet. R.P. accessurum. Quid autem intereft, quomodo sapiens ad ociū ueniat, utrum quā, R.P. illi deest, an quā ipse. R.P. si omnis bus futura. R.P. est, semper autem deerrit fastidioſe quarētibus. Interrogo ad quā. R.P. sapiens accessurū sit. Ad Atheniensium, in qua Socrates damnatur. Aristoteles ne dānaret fugit, in qua opprimit inuidia uitutes? Negabis mihi accessurū in hāc. R.P. sapientem. Ad Carthaginem ī ergo, R.P. sapiens accedit, in qua aſſidua ſedatio, & optimo cuiq̄ infesta libertas est. St̄ma aequi ac boni uilitas, aduerſus hostes inhumana crudelitas, etiam aduersus suos hostilitas, & hanc fugiet. Si percensere singula uoluerō, nullam inuenero, quā sapientem, aut quā sapiens pati poſſit. Quod si non inueniſſ illa. R.P. quam nobis ſingim⁹, incipit omnibus eſſe ociū necessarium. Quia quod unū praeferri poterat ocio, nūc eſt. Si quis dicit optimū eſſe nauigare, deinde negat nauigādū in eo mari, in quo naufragia fieri ſoleant, & frequenter ſubita tempeſtates ſint, quarēto rem in contrarium rapiant, puto hic me uetat nauem ſoluere, quā laudet nauigationē.

Libri de uita beata finis,

LVCII ANNEI SENECAE AD SERENVM DE TRANQVILITATE VITAE LIBER PRIMVS.



NQ VIRENTI mihi in me quadā uitia, apparebat Serene in apto posita, quā manu præciderem quadām obſcuriora & in receſtu, quadām non continua, fed ex interuallis redēuentia, quā uel moleſtissima dixerit, ut hostes uagos, & ex occaſionib⁹ affilicētes, per quos neutrū licet, nec itaq̄ in bello paratū eſſe, nec tanq̄ in pace ſecurum. Illum tamē habitū in me maxime deprehendo. Quare em̄ non uerū ut medico fatear me, nec bona fide liberatū hiſ quā timebam & oderam, nec rufus obnoxius, in ſtatu nō pellimo, ita maxime querulo & moroſo poſitum. Nec ægrotō, nec ualeo. Non eſt quod dicas, omnū uitutē tenera eſſe principia, tempore iplis duramentū & robur acceſſe. Non ignoro etiam quā in ſpecie laborant, dignitatē dico & eloquentia famā, & q̄c quid ad alienū ſuſtrigium uenit, mora conualeſcere, & quā ueras uires parant, & quā ad placendū ſuſ quādā ſuboruant, expeſtant annos, donec paulatim colorē diurnitas ducat. Sed ego uereor, ne conſuetudo quā rebus aſſert conſtantia, hoc ultium in altis ſigat. Tam bonorū q̄ malorum longa conuerſatio amorem inducit. Hæc animi inter utrūq; dubiū, nec ad recta fortiter, nec ad praua uergentis infirmitatis qualis ſit, nō tam ſe mel tibi poſsum, q̄ per partes oſtendere. Dicam quā accident mihi, tu morbo nomē inuenies. Teneret me ſummus amor paſtimonie, fateor. Placeat non in ambitione cubile cōpōlītū, non ex arcula prolatā ueltis, nō ponderibus, aut mille tormentis ſplendere coti gentibus exprefſa, fed domēſta & uiliſ, nec ſeruata, nec ſumēda ſollicite. Placeat cibus, quē nec parent familiā, nec ſpectent. Non ante multos paratus dies, nec multorū manibus ministratus, fed parabilis facilic̄, nihil habeat accerſti p̄cō, ſed habilibus nō defiſturus, nec patrimonio grauiſ, nec corpori, nec reditū ſuq̄ interuenieret. Placeat miniſter inculſus & rudiſ uernula, argenti graue ruſtici patris, ſine ullo opere & nomine artificis, & menſa non varietate macularum conſpicua, nec per multas elegantiū dominos, ſuſſeſſiones ciuitati nota, ſed in uſum poſita, quā nullius coniuua oculos, nec uoluptate moretur, nec accendat inuidia. Cum bene iſta placuerunt, perſtrigit animi apparatus alicuius paedagogi, de luxuria prædictorū diligenter, q̄ iam intra latus ueftita & au-ro culta mancipia, & agmen ſeruorum nitētū, lam domus etiam quā calcatur p̄cō, ſa, & diuitijs per omnes angulos diſſipatis, teſta ipsa fulgentia, & aſſentator comeſq; paſtimoniorū

rimoniorū pereuntium populus. Quid prolucentes ad riuum aquas, & circūfluentes ſpla conuiua? Quid epulas loquar? Scenas, ſua dignitate dignas? Circumfundit me ex lōgo frugalitatis ſitu uenientem, multo ſplēdore luxuria & undiq; circumſonuit. Paulum titubat aries, facilius aduerſus illam animū q̄ oculos attollo. Recedo itaq; nō peior, ſed triftior. Nec inter illa friuola mea tam altus incedo, tantuſq; morbus ſubit, & dubitatio nunquid illa meliora ſint, nihil horū me mutat, nihil tamen non concurit. Placeat uim praceptorum ſequi, & in mediā ire rem publicam. Placeat honores facſeq;, nō ſcilicet purpura, aut aureis uirgis abductum capereſſe, ſed ut amicis propinquus, & omnibus ciuib⁹, omnibus deinde mortalibus paratior, utilior, ſim, promptius cōpoſitus. Sequor Zenonem, Cleantem, Chrysippum, quorū tamē nemo ad Rem p. accessit, & nemo nō omisit, niſi aliquid animā inſolitam arietari permifit, niſi aliquid occurrit, aut indignū (ut in omni uita humana multa ſunt) aut parum ex facili flues, haud multū téporis rei nō magno aſtimanda poſuerunt. Ad ociū conuertor, & quemadmodū pecoribus fatigatis quoq; uelocior demū gradus eſt, placet intra parietes ſuos uitam coercere, nemo ullū auferat diem, nihil dignum tanto impendio redditurus, ſibiſq; animus habeat, ſe colat, nihil aliēni agat, nihil quod a iudicē ſpectet. Amef expers publica p̄iuitataq; cura tranquillitas, ſed ubi lectio fortior erexit animū, aculeos ſubdiderunt exempla nobilia, proſiliere libet in forum, cōmodari alteri uocem, alteri operam, etiſ nihil profuturam, tamen conaturā, p̄defle alterius coercere in foro ſuperbiā, male ſecūdis reb⁹ elati. In ſtudijs pueto mehercule melius eſſe res ipſas intueri, & harum cauſa loqui, cāterum uerba rebus p̄mittere, ut qua duxerint, ac inelaborata ſequatur oratio. Quid opus eſt ſaculū duratura componere? Viſ tu non id agere, ne te polteri taceant? Morti natus eſt, minus moleſtia rum habet funus tacitum. Itaq; occupandi temporis cauſa in uſum tuum, nō in preconitū aliiquid ſimpliſtilo ſcribe, minore labore opus eſt ſtudentibus in diem. Rurſus ubi ſe animus cogitationis magnitudine leuat, ambitiōſis in uerba eſt, altiusq; ut ſpirare, ita eloqui geſtit, & ad dignitatem terum exit oratio. Oblitus tamē leui ſe p̄flior, iudicij ſublimis feror, & ore tantūmodo, ne ſingula diuitiū perſequar, in omnibus rebus hāc me ſequitur bona mentis inſirmitas, cum ne paulatim deſluam uereor, aut quod eſt ſollicitus, ne ſemper caſu ſimilis p̄deam, & plus forteſſe ſit, q̄ quod prouideo. Familiari ter enim domēſta aſpici, & ſemper iudicio fauor officit. Puto multos potuſſe ad ſapientiam peruenire, niſi putuſſent ſe perueniſſe, niſi quædam in ſe diſsimuſſent, quādā aperti oculis tranſiliſſent. Non eſt enim quod magis aliena iudices adulatione periſſe, q̄ noſtra. Qui ſibi uerum dicere aſuſ eſt? Qui non inter adulantium, blandientium, positiſ ſugres, plurimū tamē ſibi aſtentatū eſt? Rogo itaq; ſiquid habes remedium, quo hanc fluctuationem meam ſiſtas, dignum putes me, qui tibi tranquillitatē debeam, non eſſe periculofos motus animi, nec quicq; tumultuſi afferentis ſcio, ut uera tibi ſimilitudine, id de quo queror exprimam, non tempeſtate uexor, ſed nauſea. Detrahe ergo quicquid hoc eſt mali, & ſuccurre in conſpectu terrarum laborant.

De ſtabilitate mundi.

Qvaro mehercule iam dudum Serene ipſe tacitus, cui talem affectum animi ſi millem putes, Nec uilius propius admoneſi exemplo, q̄ eorum, qui ex lōgo & graui ualitudine expliciti, motiunculis, leuiuſq; interim offenſis perſtrigunt, & cum reliquias effugerint, ſuptionibus tamē inquietantur, mediſciliſ iam ſani manum porrigunt, & omnem calorem corporis ſui calumi antur. Horum Serene non parat eſt corpus ſanum, ſed ſanitati parum aſlueuit. Sic eſt quidam tremor etiam tranquilli maris, aut lacus qui ex tempeſte requieuit. Opus eſt itaq; non illis durioribus, quā etiā traſcurrimus, ut alii cubi obſtes tibi, alii cubi iraſcaris, ali cubi inſtes grauiſ. Sed illud quod ultimū uenit, ut fidē tibi habeas, & recta ire uia te creidas. Nihil auocatas tranſuerſis multorum uelfigij paſſim diſcurrentium, & quorūdam circa ipſam errantium uiam. Quod defyderas autem, magnum & ſummuſ eſt, deoq; uici num, non concurti. Hanc ſtabilem animi ſedem, Graci vobis uocant, de qua Democriti uolumen egregium eſt. Ego enim tranquillitatē uoco, nec enim immutari & transferre uerba ad illorum formam necesse eſt. Res ipſa de qua agitur, aliquo ſignanda nomine

taſt laudan gium.

m 2 est, quod

taſt Coenis ſua eſt digritas.

taſt cum

est, quod appellationis græca uitæ debet habere, non faciem. Ergo querimus quomodo animus semper æqualis, secundocursum eat, propiculq; sibi fit, & sua latèt aspiciat, & hoc gaudium non interrupat, sed placido statu maneat, nec attolles se unq;, nec deprimes. Id tranqllitas erit. Quomodo ad hanc perueniri possit, in uniuersum quaramus. Sumes tu ex publico remedio quantum uoles. Totum interim uitum in medium protrahedū est, ex quo cognoscet quisq; partem suam. Si multum, intelliges quāto minus negotiū habeas, cum fastidio tui, q; hi quos ad professionem speciam alligatos, & sub ingenti titu lo laborantes, in sua simulatione pudor magis q; uoluntatis tenet. Omnes in eadem causa sunt, & hi qui leuitate uexantur, ac tedium, assiduitatē mutatioē propoſiti, quibus semp magis placet, quod reliquerunt, & illi qui marcent & oscitantur. Adiace illos, qui non aliter q; quibus difficultis somnus, uersant se, & hoc atq; illo modo componunt, donec quietem laſitudine inueniant, statū uita sua formando, subinde in eo nouissime manent, in quo illos non mutandi odium, sed senectus ad nouum pigrā deprehēdit. Adiace & illos, qui non inconstantia uitio parum leues sunt, sed inertia. Viuunt, non quomodo uolunt, sed quomodo cœperunt. Innumerabiles deinde proprietates sunt, sed unus affectus uitij displicere sibi, hoc oritur ab intemperantia animi, & cupiditatibus timidis, aut parum prosperis, ubi aut non audent, quantum concupiscunt, aut non consequuntur, & in spem toti prominent, semper instabiles mobilescunt. Quod necesse est accidere pendenti bus, ad iusta sua omnia uia pendit, & inhonesta se ac difficultas docent, coguntq; & ubi sine premio labor est, torquet illos iritū decus. Nec dolēt se praua frustra uoluſie. Tūc illos & poenitentia coepiti tenet, & incipiendi timor. Surripiqt; illa factio animi, non inuenientis exitum. Quia nec cupiditatibus suis imperare, nec obſequi possunt. Et cuncta tio uitæ, parum se explicant, & inter destituta iusta torrentis animi situs. Quæ omnia grauiora sunt, ubi odio infelicitatis operoſis ad oculum profugerūt, ad secreta studia, quæ pati non potest animus ad ciuilia erectorū, agendiq; cupidus, & natura inquietus, parum scilicet in se solatiorum habens. Ideoq; detractis oblationibus, quas ipsæ occupationes discurrentibus præbent, domum, solitudinem, parientes non fert, inuitus aspiciit se, sibi relatus. Hinc illud est tedium, & displexitatem sui, & nusq; residentis animi uoluntati, & ocijs sui tristis atq; agra patientia. Vtq; ubi causas fateri pudet, tormenta introrsus egit uercidia, in angusto inclusa cupiditates sine exitu seipſas strangulat. Inde mœror marcorū & ille fluctus mentis incerta, quam incohata habent suspensam, deploratam, tristem. In de ille affectus oculum suum detestantum, querentiumq; nihil ipsos habere, quod agat, & alienis incrementis inimicissima inuidia. Alit enim liuorem infelix inertia, & omes deſtrui cupiunt, quia se non potuerunt prouehere. Et ex hac deinde uerſatione alienorum proceſſu, & suorum desperatione, obirascens fortuna animus, & de ſeculo quarens, & in angulos ferretrahens, & poena incubans sua, dum tedit sui pigetq;. Naturæ enim humānus animus agilis est, & pronus ad motus. Grata omnis illi excitandī ſe, abſtrahēdīq; matræa eft. Gratior quibusdam pefſimis ingenij, quæ occupationibus libenter deteruntur, ut ulcera quadam nocuitas manus appetunt, & tactu gaudent. Et ſedam corporum ſcabiem delecat, quicquid exasperat. Non aliter dixerim his mentibus, in quas cupiditates uelut mala ulcera erumpunt, uoluptati eſte laborem uexationem. Sunt enim quadam quæ corporis quoq; nostrum cum quadam dolore delectant, ut uerſare ſe & mutant, nondum ſeſum latus & alio atq; alio poſitū uentiliari. Qualis ille Homericus Achilles eft, modo pronus, modo ſupinus, in uarios habitus ſe ipſe componens. Quod ppter agri eft, nihil diu pati, & mutationibus ut remedij uti, inde peregrinationes ſuſcipiuntur uagæ, & littora pererrantur, & modo mari ſe, modo terra experit, ſemper praefenti bus infeſta leuitas. Nunc Campaniam petamus, iam delicata fastidio ſint, in culta uideantur. Brutios & Lucanos ſaltus persequamur. Aliquid tamen inter deferta amēni requiratur, in quo luxuriosi oculi longo locorum horrentium ſqualore reueuentur. Tarentum petatur, laudatusq; portus, & Hyberna coeli mitioris, & recto uelantis, quæ fatig opulentia turbæ eft. Jam fleſtam uirtus ad urbem, nimis diu a plauso & fragore aures uacuerunt, luuat iam & humano ſanguine frui. Aliud ex alio ſuſcipitur, & ſpectacula ſpecialiſt mutantur, ut ait Lucretius. Hoc ſe quisq; modo ſemper fugit. Sed quid pdeſt, si noſt

*

effugit

effugit, ſequiſ ſcipse, & urget grauiflum comes. Oēs itaq; ſcire debemus, nō locorū uitii eſte quo laboramus, ſed noſtrū. Infirmi ſumus ad omne toleradū, nec laboris patiētes nec uoluptatis, nec noſtræ, nec ullius rei diutius. Hoc quodā egit ad mortē, quod ppoiſta ſepe mutando, in eadem reueluebantur, & non relinquerant nouitati locum. Fastidio illis eſte coepit uita & ipſe mundus, & ſubit illud rabidiarū delitiarū, quousq; eadem?

De exercitatione animi.

A Duersus hoc tedium quo auxilio putem utendum, queris. Optimis erat (ut ait Athenodorus) actione rerū & recipi publica tractatione, & officijs ciuilib; ſe deſtinere. Nam ut quidam ſole aut exercitatione & cura corporis educunt, Athletisq; utiliflum eft, lacertos ſuos, roburq; cui ſe uendicauerunt, maiore temporis parte nutrire. Ita nobis animū ad rerum ciuilium tutamen parantibus, in opere eſſe longe pulcherrimum eft. Nam cum utilem ſe efficere ciuib; mortalib; propositum habeat, ſimul & exercetur & proficit, qui in medijs ſe officijs poſuit, cōmunita priuataq; p facultate administrans. Sed quia in hac, inquis, tam infanta hominū ambitione, tot caluminatoribus in deteriori recta torquentibus parum tutā ſimplicitas eft, & plus futurū ſemper eft quod obſter, q; quod ſuccedat, a foro quidem & publico recedēdum eft. Sed habet, ubi ſe etiam in priuato lare explicet magnus animus. Nec ut leonum animaliū im̄petus, caueis coercetur, ſic hominū quorum maxime in ſeducta actiones ſunt, ita tamē delituerit, ut ubiq; oculum ſuum abſconderit, prodeſt uelut ſingulis & uniuersis, inge‐nio, uoce, conſilio. Nec enim is ſolus Reipu, prodeſt, qui candidatos extrahit, & ruetur, reos, & de pace belloq; cenſet. Sed qui iuuentutem exhortatur, qui in tanta honorū p̄ceptorum inopia, uirtute inſtruat inimicos, qui ad pecuniam luxuriāq; curſu ruentes p̄fata retribuit, etiñ nihil aliud certe moratur, in priuato publicum negocium agit. An ille plus p̄ſt, qui inter peregrinos, aut ciues, aut urbanos, prætor adeuntibus aſſeſoribus uerba pronuntiat, q; quid lit iuſticia, quid pietas, quid lapientia, quid fortitudo, qd mortis contemptus, quid deorum intellectus, quantum hominū ſit bona conſcientia. Ergo forte bonū ſi tempus in ſtudia conferas, quod lubiduxeris officijs, non defueris, nec munus defraueris. Nec enim ille ſolus militat, qui in acie ſtat, & cornu dextrum leuūq; deſpedit, ſed qui portas tuerit, & ſtatione minus periculosa, non oſciola tamē fungitur, uigiliasq; ſeruat, & armamentaria p̄raeft. Quæ ministeria q; uis incurrēta ſint, in numerum ſtipendiiorum ueniuunt. Si te ad ſtudia reuocaueris, omne uita fastigium effugeris, nec noſtem ſi eri oþrabis tedium lucis, nec tibi grauiſ eris, nec alijs ſuperuacius, multos in amicitiam atrahes, affluetq; ad te optimus quisq;. Nūq; enim q; uis obſcura uirtus later, ſed mittit ſui ſigna. Quisquis dignus fuerit, uestigij illam colliget. Nam ſi omnē conuerſationē tollimus, & generi humano renunciāmus, uiuimusq; in nos tantum conuerſi, ſequitur hāc ſolitudinem omni ſtudio carentem inopia rerum agendarum. Incipiems adiſcia alia posnere, alia ſubuertere, & mare ſubmuouere, & aquas cōtra difficultates locorum educere, & male diſpensare tempus, quod nobis natura conuendūt dedit, alij parce illo utiſmur, alij prodige, alij ſic impendimus, ut poſſimus rationem reddere, alij ut nullas habeamus reliquias. Quare nihil turpius eft, q; grandis natu ſenex, qui nullum aliud habet argumentum, quo ſe probet diu uixiſet prater atatem. Mihi chariflme Serene nimis uicet ſubmiliſe temporibus ſe Athenodorus, nimis cito refugieſ. Nec ego negauerim aliquando cedendum, ſed ſenſis relato gradū, & ſaluis signis, ſalua militari dignitate. Sāctiores tutioresq; ſunt hostibus ſuis, qui in fidem cum armis ueniuunt. Hoc puto uirtuti faciendum, ſtudioſoq; uirtutis, ſi p̄ualebit fortuna, & p̄accedet agendi facultatem, non ſtatiu auerſus inermisq; fugiat, latebras querens, quāli nullus locus ſit, quo nō poſſit for tuna perlequi. Sed parcius le iſterat officijs, & cum delectu inueniat aliquid, in quo utilis ciuitati ſit. Militare non licet, honores ſpectet, priuato uiuendum eft, ſit orator, ſilentiū indicūt eft, tacita aduocatiōe ciues iuuet, periculorum etiam ingressu forum eft. In domib; ſpectaculis, in conuiuijs bonum contubernalem, amicum fidelem, temperā tem conuiuā agat, officia ſi ciuis amiferit, hominis exerceat. Ideo magno animo nos non unius urbis membris cluſimus, ſed in totius orbis cōmertiū emiſimus. Patriamq; noſis mundum profelli ſumus, ut liceret latiore uirtuti campum dare. Praecluſum tibi tri

m 3 bunal eſt, &

bunal est; & rostris prohiberis, aut comitijs. Respic post te, quantum latissimarum regi onum pateat, quantum populorum. Nunq̄ tibi ita magna pars obstruetur, ut nō maior relinquitur. Sed uide ne totum istud uitium tuum sit. Non uis enim nisi consul, aut prytanès, aut ceryx, aut fasces administrare Remp̄. Quod si militare nolis, nisi impator aut tribunus, etiam si alij primam frontem tenebunt, te sors inter precarios posuit. Inde uoce, adhortatione, exemplo, animo milita, precisis quoq; manibus, ille in prælio inuenit, q; partibus conserat, qui stat tamē & clamore iuvat. Tale quiddam facies, si a primatore Rei pub., parte fortuna submouerit. Stes tamen, clamore uiues, si quis fauces oppresuerit, stes tamen, & silentio iuves. Nunq̄ inutilis est opa ciuius boni. Auditus eius uilusq; vultu, nūtu, obſtinatione tacita, inceſtuq; ipso prodefit. Ut salutaria quæ circa gustum, factuq; odo re proficiunt, ita uirtus utilitatē etiam ex longinquæ & latè fundit, siue patiaſ & sentitur suo iure, siue precarios habet excessus, cogiturg; uela contrahere, siue ociosa, muta q; est & angusto circuſcripta, siue ad aperta, in quoconq; habitu est, proſit. Quid tu parū utile putas exemplum bene quiescentis? Longe itaq; optimū misere ociū rebus, quo tiens actuosa uita impedimentis fortuitis, aut ciuitatis conditione prohibetur. Nōq; em usq; eo interclusa sunt omnia, ut nulli actioni locus honesta sit. Nnnquid potes inuenire urbem miseriorem, q; Atheniensium fuit, cum illam triginta tyranni diuellerent, mil le trecentos ciues, optimū quēq; occiderant. Nec finem ideo faciebat, sed irritabat se ipsam sauitia. In ciuitate erat ariopagos religiosissimum iudicium. In qua senatus, populus, q; senatus similis cohabitat. Quotidie carnificum triste collegium, & infelix curia tyrannis angusta, poterat ne illa ciuitas conquisescere, in qua tot tyranni, quot satellites erant. Ne sp̄s quidem illa recipienda libertatis animis poterat offerri. Nec ulli remedio locus ap parebat, contra tantam uim malorum. Vnde enim misera ciuitati tot armadios? Socrates tamen in medio erat, & lugentes patres consolabatur, & desperantes de Repub. exhortabatur, & diuitib⁹ opes suas inerentibus exprobabat, ferā pericolose auaritiae p̄nitentiam, & imitari uolentibus magnū circuſcrebat exemplar, cum intra triginta domi nos liber incederet. Hunc tamen Athena ipse in carcere occiderunt. Et qui tuto insultauerat agmini tyrranorum, ciuius libertatem libertas non tulit, ut scias & in afflictâ Repub. esse occasionem sapienti uiro ad se preferendum, & in florentiac beata, pecuniam, iniuria, mille alia uitia inermia regnare. Vt cunq; ergo se Respu. dabit, ut cunq; fortuna p̄mittet, ita aut explicabimus nos, aut contrahemus. Vtq; mouebimus, nec alligati metu torpebimus. Immo ille uir fuerit, qui periculis undiq; imminenteribus armis & catenis cirecum frementibus non alliserit uirtutem, nec absconderit. Nō enim debet seruare se, nec obruere, ut opinor. Curius Dentatus aiebat, malle esle se mortuū, q; uiuere. Ultimū malorum est, ex uiuorum numero non exire anteq; moriaris, sed faciedum erit, si in Reipub. tempus minus tractabile incideris, ut plus ocio ac literis uēdices, nec aliter q; periculosa nauigatione submeritus portum petas. Nec expectes donec res te dimittant, sed ab ipfis teipſe disiungas.

Tripicere autem debemus primū nosmetipſos, deinde quæ aggredimur negotia, deinde eos quorum cauſa, aut cū quibus. Ante omnia necesse est ſeipſum aſtimare. Quia fere plus nobis uidemur poſſe q; poſſimus, alijs eloquentia fiducia pro labitur, alijs patrimonio ſu plus imperauit q; ferre poſſit, alijs infirmū corpus laborioso opprefſit officio. Quorundam parum idonea eſt uerecūda rebus ciuilib⁹, quæ primam frontem defyderant, quorum contumacia non facit ad aulam. Quidam non habent iram in potestate, & illos ad temeraria uerba qualibet indignatio effert. Quicd uirbanitatem neſciunt contineare, nec periculosis abstinet a falibus. Omnibus his utilior negotio quiescet. Ferox impatiensq; natura irritamenta nocitura libertati euicit.

AEstimanda ſunt deinde ipſa quæ aggredimur, & uires noſtræ cū rebus quæ tentatur ſumus comparanda. Debet enim ſemper plus eſſe uiuum in auctore, q; in pondere. Necesse eſt ut opprimant onera, quæ ferente maiora ſunt. Quaedam præterea non tam magna ſunt negotia q; fecunda, multumq; negociorum ſerunt, & haec fugienda ſunt, ex quibus noua occupatio multipleq; naſcetur. Nec accedet dum eo, unde liber regressus non ſit. His admouenda manus eſt, quorum ſinem, aut facere, aut

cere, aut certe sperare poſſis. Relinquenda quæ latius actu procedunt, nec ubi proposu eris deſtinunt.

H Ominum nāq; delectus habēdus eſt, an digni ſint, quibus partē uitæ noſtræ īpendamus, an ad illos temporis noſtri īaſtura perueniat. Quidam ultro officia noſtra nobis imputant. Athenodorus ait, ne ad coenam quidam ſe iturum, ad eum, qui ſibi nil p; hoc debiturum ſit. Puto intelligiſ multo minus ad eos itum, qui cum amicorum officijs paris in menſa faciunt, qui ferula pro congarijs numerant, quāli in alienum honorem intemperatē ſint, deinde illi ſint testes ſpectatoresq; nō delectabit in popina ſecreta. Conſiderandum eſt, utrum natura tua agendis rebus, an ocio, ſtudio, contemplationi, aptior ſit, & eo inclinandum, quo te uis ingenij refert. Soſrates Ephorum inſerita manu, a foro ſubduxit, utiliore compoñendis monumentis hiſtoriarum ratus. Male enim repondet, coacta ingenia, reluctante natura irritus labor eſt.

De his quæ animū delectant, & de cōmodis amicitia, & quod

amicus cupiditate uacuus eligatur.

Nihil tamen aequæ oblectauerit animū, quā amicitia fidelis. Quantum bonū eſt, ubi ſunt præparata pectora, in qua tuo ſecretum omne deſcendat, quorū conſcientiam minus q; tuam timeas, quorum ſermo ſollicitudinem leniat, ſententia cōſilium expediat, hilaritas triflīcia diſpici, cōſpectus ipſe delectet. Quos ſcilicet uacuos quantum fieri poterit a cupiditatibus, eligemus. Serpunt enī uitia, & in proximū quēq; triftiſtunt, & contactu noſcent. Itaq; ut quod in pestilentia curandū eſt, ne corruptis iam corporibus & morbo flagrantibus aſlideamus, quia pericula trahem⁹, afflatuq; ipſo in proximo laborabimus. Ita in amicorum legendis ingenij ſabidimus operam, ut q; minime inquinatos aſlumamus. Initium morbi eſt, a grīſi lana miſcere, nec hoc præcepferim tibi ut neminem niſi ſapientem fequareſ, aut atrahas. Vbi enim iſlud inuenies, quod tot ſeculū querim⁹? Pro optimo eſt minime malus, uix tibi eſſet facultas dei lectus felicioris, ſi inter Platonas & Xenophontas, & illum Socratiſ ſextus, puentū bo nos quereres, aut ſi tibi potestas Catoniā ſiceret atat⁹, que plarosc; dignos tulit. q; Ca tonis ſacculo naſcerent. Sicut multos peiores, q; unq; alias majorūq; molitores ſcelerū. Vtraq; enim turba opus erat, ut Cato poſſet intelligi, habere debuit & bonos, quibus ſe approbare, & malos in quibus uim ſuam experire, nunc uero in tanta honorū aegestate minus fastidiosa ſiat electio. Præcipue tamē uifentur tristes, & omnia deplorantes, q; bus nulla non cauſa in querelas placet. Conſeruit illi liceat fides & beneficentia, tranquillitati tamē inimicus eſt comes perturbatus, & omnia gemens.

De mutatione animi.

T ranſeamus ad patrimonia, maximam humanarū eruminarū materiam. Nam ſi omnia alia quibus angūſtū compares, mortes, aggrationes, metus, defydia, dolorum laborum, patientiam, cum is que nobis mala pecunia noſtrā exhibet, hæc pars multum prægrauabit. Itaq; cogitandum eſt, quanto leuior do lior fit non habere q; perdere. Et intelligamus paupertatem eo minorum tormentorum, quo minorū damnorū eſſe materiam. Erras enim ſi putas animosius detrimēta diuītes ferire. Maximis minimisq; corporibus per eſt dolor uulneris. Bion eleganter ait, Nō minus moleſtum eſſe caluſis q; comatis pilos uelli. Idem ſciſ ſicet, de pauperibus, locupletibus q; par illis eſſe tormentū. Vtriq; enim pecunia ſua adhaerit, nec ſine ſenu aueli pōt. Tolerablebiliſ autem eſt, ut dixi, faciliſq; non acquirere, q; amittere. Ideoq; latiores uidebis quos nunq; fortuna reſpexit, q; quos deſeruit. Vidi hoc Diogenes, uir ingēniſ animi, & eſſecit ne quid ſibi cripi poſſet. Tu iſlud pauperatē, in opiam, aegestate uocas, quod uoles ignominiosum ſecuritatē nomen impone. Putabo hunc non eſſe felicem, ſi quem inhi alium inuenieris, cui nihil pereat. Aut ego fallor, aut regnum eſt, inter auaros, circumſcriptores, latrones, plagiarios, unum eſſe, cui noceri non poſſit. Si quis de felicitate Diogenis dubitat, poſteſt ipſe dubitare & de deorum immortalium ſtatu, an parum beatē elegant, quod illis non prædia, nec horti ſint, nec alieno colono rura preſcioſa, nec grande in foro ſēnus. Non pudet, quiſquis diuītas ſtupeſ. Respic agendum munidum, Nudos uidebis deos, omnia dantes, nihil habentes. Hunc tu pauperem putas, an

Dixi immortalibus similem, qui se fortuitis omnibus exxit. Feliciorum tu Demetrium Pompeianum uocas, quem non puduit locupletiorem esse Pompeio? Numerus illi quo tidie feruorum uelut imperatori exercitus, referebatur. Cui famidudum diuitiae esse debuerant, duo uicarij, & cella laxior. At Diogeni feruus unicus fugit, nec eum reducere cum monstraretur, tanti putauit. T urpe est, inquit, Mathen sine Diogene posse uiuere, Diogenem sine Mathen non posse. V idetur mihi dixisse, Age tuum negotium fortuna nihil apud Diogenem iam tui est, fugit mihi seruus, immo liber ab ijs. Familia uestiarium petit uictumq;. Tot uentres audiflisorum animalium tuendi sunt. Emēda uestis, & custodienda rapacissimae manus, & flentium detestantiumq; ministeriis utendum. Quant ille felicit, qui nihil ulli debet, nisi quod facillime negat sibi, sed quoniam non est tantum roboris nobis, angustiā certe sunt patrimonia, ut minus ad iniurias fortuna simus expositi. Habiliora sunt corpora imbecilla, qua in armo sua contrahi possunt, & qua superfunduntur, & undiq; magnitudo sua uulneribus obfecit. Optimus pecunia modus est, qui nec in paupertatem cadit, nec procul a paupertate discedit.

De uana gloria remouenda.

Placebit autem nobis mensura, si prius parsimonia placuerit, sine qua nec ulla opes sufficiunt, nec ulla nō satis patent, praeferim cum in uicino remedium sit, & possit ipsa paupertas in diuitias se, aduocata frugalitate, conuertere. Assuecamus a nobis remouere pompam, & usu rerum ornamenta metiri. Cibus famem domet, potis sitim, libidoq; qua necesse est effluat. Discamus mēbris nostris iniuriam cultum uictumq; non ad noua exempla compondere, sed ut maiorum suadent mores. Discamus continentiam augere, luxuriam coercere, gulam temperare, iracundiam lenire, paupertatem aquis oculis a picere, frugalitatem colere. Etiam si hos pudebit desyderiis naturalibus parvo para remedia adhibere, spes effrenatas, & animū in futura emisentem uelut sub uinculis habere discendum est. Id agere, ut diuitias a nobis potius q; a fortuna petamus. Non potest inquam tā varietas & iniurias casuum ita depelli, ut nō multum procellarum irruat. Magna armamenta uel a pandentibus, cogendā in artū res sunt, uel tela in uanum cadant. Ideoq; exilia interdum calamitatēq; in remedium cesse, & leuioribus incōmodis grauiora sanata sunt, ubi parum audit precepta animus, nec curari mollius potest. Quid nī, diuis enim cōsulitur, & si paupertas & ignominiosa rerum euersio adhibetur, malo malū opponitur. Assuecamus ergo coenare posse sine populo, & seruis paucioribus seruiri, & uestes parare, in quod inuenia sunt. Habitare cōtra ciuitatē, non in cursu tantum circū certamine, sed in spacijs uitæ interius flectendum est. Studiorum quoq; que liberalissima impensa est, tādiū rationem haber, q;diū modum. Quo mihi innumerabiles libros & bibliothecas, quarum dominus uix tota uitā sua indi ces perlegit? Onerat discentem turba, non instruit. Multoq; satius est paucis te auctori bus tradere, q; errare per multos. Quadragesima milia librorum Alexandriæ aserunt, pulcherrimum regia opulentia monumentū. Alius laudauerit, sicut Luius, qui elegātia rei gum curaeg; egregium id opus ait fuisse. Non fuit elegātia illud, aut cura, sed studiosa luxuria, immo ne studiofa quidem, quoniam non in studium, sed in spectaculum compauerant, sicut plarisc; ignaros etiam seruiliū literarum libri, non studiorum instrumen ta, sed coenationum ornamenta sunt. Paretur itaq; librorum quantum satis sit, nihil in apparatus. Honestius, inquis, hos impēse q; in Corinthia pictas tabulas effuderint. Vitis osum est ubiq; quod nimium est. Quid habes, cur ignoscas homini, & armariū cedro, at q; ebori captanti corpora conquirenti, aut ignororum auctorum, aut improbatorum, & inter tot milia librorum oscitant? cui uoluminum suorum frontes maxime placent, titu lisq;. Apud defidiosissimos ergo uidebis quicquid orationum historiarumq; est, & rectio tenus extorta loculamente. Iam enim inter balnearia & thermas & bibliothecas quoq; ut necessarium domus ornamenti expolit. Ignoscere plane, si studiorum nimia cū pidine oriretur. Nunc ista exquisita cum imaginib; suis descripta, & sacrorum opera ingeniorum in speciem & cultum parietum comparantur.

De aduersitate ferenda.

At aliquod genus uitæ difficile incidisti, & tibi ignorantia uel publica fortuna uel pri-

tuna, uel priuata laqueum impegit, quem nec solvere possis, nec erumpere. Cogita comeditos, primo ægre ferre onera, & impedimenta, deinde ubi non indignari illa, sed pati propositum, necessitas fortiter ferre docet, consuetudo facile. Inuenies in quolibet genere uita oblectamenta, & remissiones, & voluptatem, si uolueris malam partem uitam potius q; inuidiosam facere. Nullo melius nomine de nobis natura meruit, q; cum sciret quibus erumnis nasceremur, calamitatum mollissimum cōsuetudine inuenit, citio in familiaritate grauius adducens. Nemo duraret, si rerum aduerfarū eandē uim assiduitas haberet, quam primus iectus. Omnes cū fortuna copulati sumus. Aliorum aurea cathena est, aliorum laxa, aliorum arcta & fordina. Sed quid refert? eadem custodia uniuersos circū dedit, alligatisq; sunt etiam qui alligauerunt, nisi tu forte leuiorē in sinistra cathenā putas, alium honores, alium opes uincunt. Quoddā nobilitas, quod dā humilitas premitt, quibusdā aliena supra caput imperia sunt, quibusdā sua, quosdam ex illis uno loco tenent facerdotia. Omnis uita seruitum est. Afluecendū itaq; cōditioni sua, & q; minimā de illa quārendū, & quicquid habet circa se cōmōdū, apprehendendū est. Nihil rā acerbum est, in quo non aequus animus solatium inueniat. Exigue saepe areae in multis uīs desribentis arte patueret, & huius angustū pedem dispositio fecit t̄ habitaculū. Ad hibernationē difficultibus, possunt & dura molitri, & angusta laxari, & grauiū rite ferētes minus premere. Non sunt præterea cupiditates in longinquū mittenda, sed in uicinum illis egredi pmittamus, quoniam includi ex toto nō patiunt. Relictis his quæ aut non possunt fieri, aut difficulter possunt, prope posita, spei, nostrā alludētia sequamur. Sed sciamus omnia æque leua esse, extrinsecus diueras facies habentia, introrsus pariter uana. Nec inuidieamus altius stantib; Quæ excelsa uidebantur, prærupta sunt. Illi rursus quos lors iniqua in ancipiū posuit, tutiores erunt, superbia detrahendo rebus p; se superbis, & fortuna suā q; maximē potuerunt in plantū deferendo. Multi quidē sunt, quibus necellario hærendā sit in fastigio suo, ex quo nō possunt, nisi cadendo defēdere. Sed hoc ipsam testem maximū onus suū esse, quod alijs graues esse cogant, nec sublevaros se, sed suffixos, iusticia, mansuetudine humana, large, & benigna manu præparēt, multa ad secundos casus præsidia, quorum spe securius pendent. Nihil tam aque nos ab his animi fluctibus uendicauerit, q; semper aliquem increments terminū figere, nec fortuna arbitriū definiendi dare, sed leipsoz quidē ultro citra exēpla hortens consilistere. Sic & ali quæ cupiditates animū acuent, & finita nō in immensus incertumq; producent.

Ad imperitos & mediocres & male sanos hic meus sermo pertinet, nō ad sapientē. Huic nō timide, nec pedetenter ambulandū est. Tanta em̄ fiducia sui est ut obuiam fortunæ iræ nō dubitet, nec unq; loco ulli cessurus sit, nec habet ubi illam timeat. Quia nō mancipia tantū possestionēs & dignitatem, sed corpus quoq; suū & oculos, & quicquid est chariore uitam facturū, legi ipsum inter precaria numerat. Viuitq; ut cōmodatus sibi & reposcētibus sine tristitia redditurus. Nec ideo est uilius sibi, quia scit se suū nō esse, sed omnia tam diligenter faciet, tā circū pecte, & religiosus homo sanctusq; solet intueri fidei cōmissa. Quandocimq; aut reddere iubebitur, non quāretur cū fortuna, sed dicit, gratias ago pro eo, quod possesti, habuiq;. Magna quidē res tua mercede colui, sed quia imperas illa do, cādo gratus libensq;. Si quid habere me tu uolueris, etiā nunc seruabo, si aliud placet, ego uero faciam. Signatq; argentū, domū, familiamq; meā reddo, restituo. Si appellauerit natura, quæ prior nobis creditit, & huic dicemus, Recipe animo meliore q; dedisti, nō tergiueror nec refugio, paratum habes a uolente, quod nō sententi dedisti. Auter, reuerti unde ueneris, quid graue est? Male uicer, quisquis nescit bene mori. Huic itaq; primū rei preciū detrahēdū est, & spiritus inter seruita numerandus. Gladiatores (at Cicero) inuīos habemus, si omnīmodo uitam impetrare cupiunt, fauemus si cōtemptū eius p; se ferunt. Id ē euenire nobis scias. Sapere enim causa moriendi est timide mori, fortuna illa quæ ludos sibi faciat, quo, inquit, te referuerit malum & trepidum animal; eo magis conuulneraberis & cōfoderis, quia nescis præbere iugulum. Vices diutius, & morieris expeditus, qui ferrum nō subducta certice, nec manus oppositis, sed animose recipis. Qui morte timebit, nihil unq; pro homine uiuo faciet. At qui scit hoc sibi cū cōciperetur statim condicū, uiuet ad formulam,

& simul

t̄ aff. habita
bilem.
t̄ aff. icte

t̄ aff. impē
ctos.

& simul illud quoq; eodem animi robore præstabit, ne quid ex his qua euenient subiicitur sit. Quicquid enim fieri potest, quasi futurum prospicio, malorum omniū impetus moliet, qui ad preparatos expectantesq; nihil afferunt noui, securis & beata tantū spēctantibus graues euenient. Morbus & captiuitas, ruina, ignis, nihil horum repentinum est. Sciebam inī quam tumultuosum me contubernia natura duxisset. Toties in vicinia mea cōclamatum est, totiens prope lumen immaturas exequias fax cereusq; pressit. Sapientius tuensis adficiſ fragor sonuit. Multos ex his, quorum forum, curia, fermo mecum contraxerat, nox abstulit, & ad sodalitium manus copulatas intercidit. Miro aliquando ad me pericula accessisse, quæ circa me semper errauerint. Magna pars hominū est, quæ nauigatura de tempestate non cogitat. Nunquam me in bona re, malū pudebit auctoritatis. P̄iblius tragicus comicisq; uehemetior ingenij, quotiens inimicas ineptias, & uerba ad summam caueam spectantia reliquit, inter multa alia cothurno non tantum fortiora, & hoc ait. Cuius potest accidere quod cuiq; potest. Hoc si quis in medullas demiserit, & omnia aliena mala quorum ingens quotidie copia est, sic aspicerit, tanq; illis liberū & ad se iter sit, multo ante se armabit, & petatur. Sero animus ad periculorum patiemtiam post pericula instruitur. Non putauit hoc futurum, nunq; hoc euenturum credidisse. Quare autem non, quæ sunt diuinitas quas non ægestas, & fames, & medicias a tergo sequuntur, quæ dignitas, cuius non protestam & augurale, & lora patricia, & fordes comitantur, & exportatio, nota & mille macula, & extrema contetio? Quod regnum est, cui non parata sit ruina, & procuratio, & dominus, & carnifex? nec magnis ista interwallis diuisa, sed hora momentum interest inter solum, & aulam ingenuam. Scito ergo omnē conditionem uersabilem esse, & quicquid in illum incurrit, posse in te quoq; incurrere. Locuples es, nunquid dittior Pompeio? cui cum Granius uetus cognatus, hospes nouus aperiusset, Caesaris domum ut suam clauderet, defuit panis & aqua, cum tot flumina posideret in suo orientia, & in suo cadentia, mendicatio stolidicia, fame ac siti perire. In palatio cognata, dum illi hæres publici funus esurient locat, honoribus summis functus est, nunquid aut tam magnis, aut tam insperatis, aut tam uniuersis, & Seianus, quo die illum senatus deduxerat, populis in frusta diuisa, in quem quicquid congeri poterat. Dij hoī minesq; cotulerant, & ex eo nihil superfluit, quod carnifex traheret. Rex es, nō ad Crescsum te mittam, qui in rogam suum descendit iussus, & extingui uidit, factus non regno tantū, sed etiam morti sua superstes, non ad Iugurthā, que populus Romanus intra annū in quem timuerat, spectauit. Ptolemaeum Africæ regem, Armenia Mitridatem inter Gaianas custodias uidiimus. Alter in exilium missus est. Alter ut meliore fide & utere portu tabat. In tanta rerum sursum ac deorsum euentum uersatione, si non quicquid fieri potest, p futuro habes, das in te uires rebus aduersis, quas infregit, quisquis prior uidit. Proximum ab his erit, ne aut in superuacuis ex lugubrio laboremus. Idē, ne quae aut nō possumus consequi, concupiscamus. Aut adepti cupiditatum uanitatem nos trarum sero post multū pudore intelligamus. Id est, ne aut labor irritus sine effectu sit, aut effectus labore indignus. Fere em ex his tristitia sequit, si aut nō successit, aut successus puder.

De uagationibus contra propositum.

Circumcidenda est concursatio, qualis est magna parti hominū, domos, & theatra, & fora pererrantium. Alienis se negotijs offerunt, semper aliquid agētibus similes. Horum & sialiquem exeuntem de domo interrogaueris, quo tu, quid cogitas? Respondebit tibi, Non mehercule scio, sed aliquos uidebo aliqd agā. Sine pposito uaganū quarētes negocia, nec qua destinauerūt agūt, sed in qua īcurrerūt. Inconfutus illis uanuſq; cursus est, qualis formicis p arbustis repentinus, quæ in summū cacumen, deinde in imum inanes aguntur. His plaricq; similem uitam agunt, quorum non immerito quis inquietam inertiam dixerit. Quorundam quasi ad incendium currētū misereberis, uelq; eo impellunt obuios, & se aliosq; præcipitan. Cū interim cōcurrenūt, aut salutaturūt aliquid non resalutaturūt, aut funus ignoti homis plectetur, aut iudicūt sepe litigantis, aut ad sponfalia ſapē nubentis, & lecticam affectati, quibusdam locis & in ſe contulerint. Deinde domū cum superuacuis redeunt laſitudine, iurant neſciisse ſe iplos, quare exierint, ſed ubi fuerint. Postero die erraturūt p eadē illa uestigia. Omnis itaq; labor alii

aliquo sc̄iptorum monumento tuorū. Hoc enim unum est rebus humanis opus, cui
nulla tempestas noceat, nulla consumat uetus. Cetera quā p constructionē lapidum
& marmoreis moles, aut terrenos cumulos in magnā eductos altitudinem constant, nō
propagant longam diem, quippe & ipsa intereunt. Immortalis est ingenij memoria
hanc tuo fratri largire in hac eum colloca, & melius illum diutino semper cōsiderabis in
genio, q̄ irrito dolore lugebis. Quod ad ipsam fortunā pertinet, etiam si nunc agi apud
te causa eius non potest. Omnia illa quā nobis dedit, ob hoc ipsum quod aliquid eripi
it, inuisi sunt. Tunc tamen erit agenda cum primum aquoīre te illi iudicem dies fece-
rit, tunc enim poteris in gratiam cum illa redire. Nam multa prouidit quibus hanc eme-
daret iniuriam. Multa etiam nunc dabit quibus redimat. Deniq; ipsum quod abstulit,
ipsa dederat tibi. Noli ergo contra te ingenio uti tuo, noli adesse dolori tuo. Potest qui-
dem eloqua tua, quā praua sunt approbare, pro magnis rursus magna attenuare, &
ad minima ducere. Sed alio ista uires ferueit suas, nunc tota se in solatiū tuū cōferat.
Sed tamen dispece, ne hoc iam quoq; sit superuacuum. Aliquid enim a nobis natura exi-
git, plus uanitate contrahitur, nūq; autem ego a te, ne ex toto mareas exigam. Et si
inueniri quodam durā magisq; fortis prudentia uiros, qui negent dolitum esse lap-
tem, hi uero uidentur nūq; in huiusmodi casum incidisse. Alioquin excusidet illis
fortuna superbam sapientiam, & ad cōfessionem eos ueram etiam in uitios compulsiſet.
Satis prästiterit oratio si id unum ex dolore, quod & superest & abundat exciderit. Nā
hunc quidem nullo omnino esse cum patiatur, nec sperandum ulli, nec concupiscendū
est. Hunc potius modum feruet, qui nec impietatem imitetur, nec insaniā, & nos in eo
teneat habitu, qui & pia mentis est, nec morta. Fluunt lachrymæ, sed aēdem desinat, tra-
hantur ex imo pectore gemiti, sed ibidem & finiantur. Sic rege animum tuum, ut &
sapientibus te approbare possis & fratribus. Effice ut frequenter fratris tui memoriam
tibi uelis occurrere, ut illum & sermonibus celebres, & assidua recordatione repreſen-
tes tibi. Quod ita deniq; consequi poteris, si tibi memorā eius iucundam magis q̄ fle-
bilem feceris. Naturale est enim ut semper animus ab eo refugiat, ad quod cum tristitia
reueritur. Cogita modestiam eius, cogita in rebus agendis soleritiam, in exequendis in-
dustriam, in promissis constantiam. Omnia dicta eius ac facta & alijs expone, & tibi
met ipse commemora. Qualis fuerit cogita, qualisq; sperari potuerit. Quid enim de il-
lo non tuō sponderi fratre possit? Haec utcumq; potui longo iam situ obsoleto, & hebe-
tato animo composui, quā si aut parum respondere ingenio tuo, aut parum mederi do-
lori uidebuntur, cogita q̄ non possit is aliena vacare consolationi, quem sua mala occu-
patum tenent, & q̄ non facile latina ei uerba homini succurrant, quem barbarorum in-
conditus, grauiſq; fremitus circumsonat.

Libri de breuitate uita finis.

LVCII ANNEI SENECAE AD MARTIAM
DE CONSOLATIONE LIBER VNVS.



ISI te Martia scire tam longe ab infirmitate muliebris animi
q̄ a ceteris uitis recessisse, & mores tuos uelut antiquū aliquod
exemplar alpici, non auderē obuiā ire dolori tuo, cui uiri quoq;
libenter harrent & incubunt. Nec spem accepissem, tam iniquo
tempore, tam iniquo iudice, tam inuidioso criminē, posse me of-
ficere, ut fortunam tuam absoluere. Fiduciā mihi dedit, explo-
ratum iam robur animi, & magno experimento approbata uis
tua. Non est ignotum qualem te in persona patris tuū gesse-
ris, quem non minus q̄ liberos dilexisti. Excepto eo, quod non optabas superfite, nec
scio an & optaueris. Permittit em̄ sibi quādam contra bonū morem magna pietas, mor-
tem acrem uti cordi parētis tuū quantū poteras inhibuisti. Postq; tibi apparuit inter Sa-
lamannis satellites illam unam patriae seruitus fugam, non fauisti consilio eius, sed dei-
disti manus uicta, fudistiq; lachrymas palam, & gemitus deuorasti, quā non tamen hil-
lari fronte texisti. Et hoc illo saeculo, quo magna pietas erat, nihil impie facere. Ut uero
aliqua occisio temporis dedit, ingenium patris tui, de quo sumptum erat supplicium, in
usum hominum reduxisti, & a uera uindicta morte, ac restituisti in publica monumē-
ta liberos, quos uir ille fortissimus sanguine suo scriperat, optimè meruisti de Romanis
studij. Magna illorum pars arserat, optimè de posteris, ad quos ueniet incorrupta rerū
fides, authori suo magno imputata, optimè de ipso cuius uiget, uigebitq; memoria q̄ si
diu fuerit in precio Roma, Noſti, qđ diu quisq; erit, q̄ reuerti uelit ad acta maiorū, qđ diu
qđ erit qui uelit scire quid sit uir Romanus, q̄ subactis iā ceruicibus omnīū, & ad Sylla
nū iugum adactus, indomitus quid sit homo ingenio, animo, manu, liber. Magnū me-
hercule detrimentum. R.P. cooperat, si illum ob dictas partes pulcherrimas in obliuio-
nem correptum, in eloquentiam & libertatem nō eruiſet. Legitur, floret in manus ho-
minū in pectora receptus, uetus statē nullam timet. At illorum carnificum cito secula
quoq; quibus solis memoriam meruerunt tacebunt. Haec magnitudo animi tui uetus
me ad sexum tuum respicere. Vetus ad uultum quē tot amorum continua tristitia, ut
semel obduxit, tenet. Et uide quā non surrepam tibi, nec furtum facere affectibus co-
gitem. Antiqua mala in memoriam reduxi, & uis scire hanc quoq; plagam esse sanan-
dam, ostendi tibi aque magni uulneris cicatricem. Alij itaq; molliter agū & blandi-
tur. Ego configere cum tuo morore constitui, & defellos exhaustosq; oculos, si uerum
audire uis, magis iam ex confuetudine q̄ ex desyderio fluentes cotinebo, si fieri potue-
rit fauente te remedij tuis, si minus, uel inuita teneas, sicut & amplexeris dolore tuū,
quem tibi in filij locum superfitem fecisti. Quis enim erit finis? Omnia in superuacuū
tentata sunt. Fatigata allocutiones amicorum, authoritates magnorum, & affinitum tibi
uirorum studia, hereditarium, & paternum bonum, surdas aures irrito, ac uis ad breue
occupationem proficientes solatio transeunt. Istud idem remedium naturale temporis
quod maximas eruminas componit, in re una uim suam perdidit, tertius iam prateriū
annus, cū interī nihil ex illo impetu cecidit, renouat se, & corroborat quotidie luctus,
etiam sibi uis mora fecit. Eoq; adductus est, ut putet turpe desinere. Quēadmodū om-
nia uitia penitus insidunt, nisi dum surgunt oppressa sunt, ita quoq; tristitia & miseri-
ria & in se auentia ipsa nouissime acerbitate pascitur, & fit infelicitas animi, praua uolu-
ptas dolor. Cupissem itaq; prīmis temporibus ad istam curationē accedere, leuior mei
dicina fuisset, oriens adhuc refingēda uis. Vehementius contra inueterata pugnandū
est. Nam uulnerum quoq; sanitas facilis est, dum a sanguine recentia sunt, tunc & urui-
tur & in altum reuocantur, & digitos scrutantium recipiunt, ubi corrupta in malum ul-
cus se uerterunt, difficultius curantur. Nō possum nūc per obsequium, nec molliter asse-
cūs se uerterunt, difficultius curantur. Nō possum nūc per obsequium, nec molliter asse-

S qui tam durum dolorem. Frangendus est.
Cio a praeceptis incipere omnes qui monere aliquem uolunt, & in exemplū de-
sinere. Mutari hunc interim ordinem expedit. Aliter em̄ cum alio agendū est.
p. 2 Quosdā

Erasmus Ro.
Stilus arguit
hoc opus nō
esse Seneca,
tamētī do-
ctum. Nec ut
def absolutū.

† Alt. salamā
nium.

Quosdam ratio ducit. Quibusdam nomina clara opponenda sunt, & atque foritas, quae librum non relinquit animum ad speciosa stupenda. Duo tibi ponam ante oculos maxima & sexus, & faculae nostrae exempla. Alterius foemina qua se tradidit ferenda dolor. Alterius qua par affecta casu maiore damno, non tamen dedit longum in se malis suis dominum, sed cito animum in sedem suam repulit. Octavia & Livia. Altera furore Augusti, Altera uxori, amiserunt filios iuuenes, utraq; spes futuri principis certa. Octavia Marcellum, cui & auunculus & ficer incumbere cooperat. In quem onus imperij reclinaret, adolescentem animo alacrem, ingenio potente, sed frugalitatis continentiaq;, in illis aut annis aut opibus non mediocriter admiranda, patientem laboris, voluptatibus alienum, quam tumcūs impone illi auunculus, & ut dia dicam, inadficare uoluisset latrurum, bene legat null'cessura ponderi fundamenta. Nullum finem per omne uitam tempus heleni gemendiq; fecit. Nec ullas admisit uoces, salutare aliquid afferentes. Nec auocari quidem se passa est, in tenta in una rem, & toto animo affixa. Talis per omnē uitā fuit, quālis in funere. Non dico enim, non est ausa cōsurgere, sed alleuarū recusans, secundam orationem iudicans lachrymas amittere. Nullam habere imaginem filij charissimi uoluit, nullam sibi fieri mentionem. Oderat omnes matres, & in Liviā maxime furebat, quia uidebatur ad illius filium transtulisse, sibi promissa felicitas tenebris & solitudini familiarissima. Ne ad fratrem quidem respiciens. Carmina celebranda Marcelli memoria composta, alioq; studiorum honores refecit, & aures suas aduersus omne solatium clausit, a solemnis officiis seducta & ipsam magnitudinis fraterna nimirum circumlente fortunam exosa, defodit & abdidit. A fidientibus liberis nepotibus lugubrem uestem non deposituit, non sine contumelia omnīū suorū, quibus saluis orba sibi uidebatur.

Diu Livia amiserat filium Drusum magnū futurum principem, iam magnum duce. Intrauerat ipse penitus Germania, & ibi signum Romani fixerunt, ubi uix illos esse romanos notū erat, in expeditione ter deceperat, ipsiū illum hostibus agrum cum ueneratione, & pace mutua prosequentibus, nec optare quod expediebat audentibus, accedebat ad hanc mortem, quam ille pro Republica obierat. Ingens ciuium prouinciarūq; & totius Italiae multitudo. Eside per quam effusis in officium lugubre mancipijs, colonijs usq; in urbem ductum erauimus triumpho similium. Non licuerat matri ut filii oculu gratumq; extremi sermonem oris hauiret, longo itinere reliquias Drusi sui profecta, tot per omnem Italiam ardentibus rogis, quasi totiens illum amitteret irritata. Ut primum tamē intulit tumulo simili & dolorem suū posuit, nec plus doluit q; aut honestum erat, aut Cesare, aut aequo maius, non defisi itaq; Drusi sui celebrare nomen, utiq; illum sibi priuatim publice repraesentare, & libentissime de illo loqui, de illo audire, cum memoriam alterius uix nemo potest retinere & frequentare, qui illam tristem sibi reddit, elige itaq; utrum exemplum putas probabilius si illud prius sequi uis, eximis te numero uiuorum. Auersaberis & alienos liberos & tuos. Ipsumq; defyderabis triste matribus agmen occurtere. Voluptates honestas permisit, tanq; parum decora fortuna tua reiciens, iniuam habebis lucem, & atati tuae qd non precipiter te q; primum & finiat, infestissima eris. Quod turpisimum effrenissimum est animo tuo, in meliore nota parte, ostendes te uiuere nolle, mori non posse. Si ad hoc maximum foemina exemplum appliceris, moderati ac mitius, q; eris in eruminis nec te tormentis macerabis. Quae enim maior est amentia, poenas a se illicita exigere, & mala sua augere. Quam in omni uita seruasti, morum probitatem & uerecundiam, in hac quoq; re praefabis. Etenim quadam & dolendi modestia, illum ipsum iuuenem dignissime, quietum semper nominatum, cogitatq; faciet. Meliore pones loco, si matri sua qua lis uiuus solebat hilarisq; & cum gaudio occurrit.

Nec te ad fortiora ducam precepta, ut humano ferre humana iubeam modo, ut ipse funebri die oculos matris exsiccem. Ad arbitrium tecum ueniam. Hoc inter nos quareatur, utrum magnus esse debeat an perpetuus non dubito quin Livia Augustā, quam familiariter coluisti magnū tibi placeat exemplum. Illa te ad suum concilium uocat. Illa in primo furore cum maxime impatientes, ferocesq; sunt miseriae se consulero philosopho uiri sui præbuit, & multum eam rem profuisse sibi confessa

Aff. Omen.
Alt. uirtuti.

aff. cōsolame
philosophicū
Forte, se cōso
landam p̄o.

confessa plusq; Romanum quem nolebat tristem tristitia sua facere, plusq; Augustum qui subducto altero auunculo titubat. Nec luctu suorum inclinatus erat, plusq; Tyberium filium, cuius pietas efficiebat, ut in illo acerbo & deflato gentibus funere, nihil sibi nisi numerum desesse sentiret. Hic ut opinor aditus illi fuit, hoc principium apud fēminā opinionis sue custodem diligentissimum usq; in hunc diem Liviā, quantum quidem ego sciam, assiduus uirtutis comes, cui non tantum quae in publicum emitunt uota, sed omnes qui sunt secretiores animorum nostrorum motus, dedisti operam ne quid esset, quod in te quisq; prærenderet. Nec id in maiorum modo obseruasti, sed in misericordia, ne quid faceres, cui famam uberrimam principiū iudicem uelles ignoscere. Nec quicq; pulchrius extimo fastigio collocatis, q; multarum rerū ueniam dare, & nullius petere. Seruandus itaq; tibi in hac re tuus mos est. Ne quid committas quod minus ali terue factum uelis.

Dinde rogo atq; obsecro, ne te difficultem amicis, & intractabilem præstes. Non enim quod ignores omnes hos nescire, quemadmodum aliquid loquantur coram te de Druso. An nihil, ne aut obliuio clarissimi iuuentis illis faciat iniuriam, aut mentio tibi, cum secedimus, & in unum cōuenimus, facta eius dicitur quanto meruit suspectu celebramus, coram te altum nobis de illo silentiū est. CARES itaq; maxima uoluptate, filii tui laudibus, quas non dubito quin uel impendio uita, si potestas detur, in aeuū omē sis prorogatura, quare patere, immo accerire sermones quibus ille narretur, & apertas aures præde ad nomen memoriamq; filii tui, nec hoc graue dixeris ceterorum more qui eiusmodi casibus partem mali putant, audire solatia. Nunc incubuit tota in alteram partem, & oblieta meliore fortunam tuam, qua deterior est asp̄cis. Non conuertisti te ad conuictus filii tui, occursum iucundos, non ad pueriles dulces blanditias. Non ad incrementa studiorum. Ultimam illam faciem rerum præmis. Illi tanq; ipsa per se parum horrida sit, quicquid potes congeris. Ne obsecro te concupisces peruersissimam gloriam, infelissimam uideri.

Simul uero cogita non esse magni animi se rebus prosperis forte gerere, ubi secundū do cursu uita procedit. Nec gubernatoris quidem artem, tranquillum mare & obsequē uentus ostendit. Aduersi aliquid incurat oportet, quod animum proberet. Proinde ne submisericordia, immo contra fige stibilem gradum, & quicquid onerū supra cecidit sustine, primo dūtaxat strepitū cōtentā. Nulla re maior inuidia fortunā sit, q; ex quo animo. Post hoc ostendit illi filii incolunem, ostendit examislo nepotes. Tuū illiē Martia negotium actum, tibi aureus assedit, & mutata persona consolatus est, sed puta Martia erupit tibi amplius q; unq; illa mater amiserit. Non permulceo te, nec extenuo calamitatem tuam. Si fletibus fata uincuntur, conferamus. Eat omnes inter luctus dies, noctem sine somno tristitia consumat, ingerantur lacerato pectori manus, & in ipsam faciem impetus fiat. Atq; se ferē omni genere seuitia, profectus moeror exerceat. Sed si nullis planciis defuncta reuocantur, sed fors immota, & in aeternū fixa, nulla miseria mutat & mors tenuit quicquid abstulit, desinat dolor q; perit. Quare regamur nec nos ista uia transuersos auferat. Turpis est nauigij rector, cui gubernacula fluctus eripuit, qui fluctuantia uela deseruit, permisit tempestati nauem. At ille uel in naufragio laudans, quem obruit mare clauum tenetem & obtinxum.

Etenim naturale defyderium suorum est. Quis negat q; diu modicum est: nam in discessu non solum amissione charissimorum necelsarius morsus est, & firmissimorum quoq; animorum contractio. Sed plus est quod opinio adiicit, q; quod natura imperauit. Aspice mutorum animalium, quā concitata sunt defyderia, & tamē q; brevia. Vaccarum uno die alteroue mugitus auditur. Nec diutius equarum uagis ille amensq; discursus est, fera cum uestigia catulorum cōsestatæ sunt, & sylvas per uagata, cū sape ad cubilia expilata redierint, rabie ita exiguū tēpus extingunt. Aues cum stridore magno inanes nidos circumfrenunt, intra momentum tamen quiete, uolatios suos reperunt. Nec ulli animali longum foetus sui defyderium est, nisi homini, qui adeat dolori suo, nec tantum quantum sentit, sed quantum constituit afficitur. Ut scias autem non esse naturale luctibus frangī, primum magis foeminas q; uiros, magis barba

p 3 ros q;

tos & placidos eruditis gentis homines, magis indoctos & doctos, eadem orbitas uulnernat, at qui ea quae a natura uim acceperunt, eadem in omnibus seruant. Apparet non esse naturale quod uarium est. Ignis omnes artates, omniū urbium ciuitates tam uiros & foeminas, quia naturaliter uret, ferrum in omni corpore exhibebit secundā potentiam. Quare: quia uires illi a natura date sunt, quae nihil impium constituit. Paupertatem, lucrum, ambitionem alius alter sentit, prout illum consuetudo infecit, & imbecillum impatiens tempus reddit praesumpta opinio de non timendis terribilis.

Dende quod naturale est non decrevit mora. Dolorem dies consumit, licet contumacissimum quotidie insurgentem, & contra remedia effervescentem, tamen illum efficacissimum mitigandam ferocia tempus eneruat. Manet quidē tibi Martia etiam nunc ingens tristitia, & iam uidetur duxisse callum non illum concitata, qualis in illo fuit, sed pertinax & obstinata. Tamen hanc quoq; artas tibi minutatim eximet, quoties aliud ageris, animus relaxabitur, nunc te ipsa custodis. Multum autem interest, utrum tibi permittas moerere an impeses, quanto magis hoc mortuorum elegantia conuenit, finem lucus potius facere & expectare, nec illum apertim quo te invita dolor desinat, ipsa illi renuncia.

VNDE ergo tanta nobis ptnacia in deploratione nostri, si id non fit natura iussus quod nihil nobis malū antecepit eueneriat proponimus. Sed ut imunes ipsi & altius, & pacatius ingressi iter, alienis non admonemur casibus illos esse comunes, tot prater domum nostram ducunt exequia, de morte non cogitamus, tot acerba funera, nos togam nostrorum infantum, nos militiam & paternam hareredatis successionem animo agitamus, tot diutium subita paupertas in oculos incidit, & nobis nunq; in mente uenit, nostras quoq; opes aque in lubrico positas, necesse est itaq; magis corruam, qui quasi ex inopinato ferimur. Quae multo ante prouisa sunt, languidius incurrit, uis tu scire te ad omnes expositus ictus stare, & illa quae alios tela fixerunt circa te uibrata uelut murum aliquem, aut oblessum multo hoste locum, & arduum ascensum, ineritis ad eas expecta iuulus, & illa superne uolantia cum sagittis pilisq; faxa putata in tuu liberata corpus, quoties aut ad latus, aut penes tergum ceciderunt exclama. Non decipies me fortuna. Nec securum aut negligentem opprimes. Scio quid pares, alium perculisti, me perfici. Quis unq; res suas quasi perituras aspexit? Quis unq; nostrū de exilio, de agestate, de luctu cogitare ausus est? Quis non si admoneat ut de suis cogitet, tanq; durum omen respiciat, & in capita inimicorum, aut ipsius intempestui monitoris abire illa iubeat, non putauit futurum. Quicquam tu putas non futurū, quod multis scis posse fieri? quod multis uides eueniisse? Egregium uersum & dignum audiui, est enim et populo Cuius potest accidere, quod cuiq; potest. Ille amicit liberos, & tu amittere potes. Ille damnatus est, & tua innocentia sub ictu est. Terror decipit. Hic effeminat, dum patimur, quae nunq; pati nos possit praevidimus. Aufert uim praesentibus malis, qui futura prospexit.

Quicquid est hoc Martia quod circa nos ex' aduentio fulget, liberi, honores, opes, ampla arua, & exclusorū clientium turba, referta uestibula, clara, no bilis, aut formosa coniunx, ceteraq; ex incerta & mobili sorte pendenter, alieni cōmodatioris apparatus sunt, nihil dono datur, collaticis, & ad dominū redituriis instrumentis scena adorna. Alia ex his primo die, alia secundo referent, Pauca usq; ad finem pseuerabunt. Ita non est quod nos suspiciamus, tanq; inter nostra positū, mutuo accepimus. Vbi fructus noster est, cui tempora ille arbitri mūris sui temperat. Nos oportet in promptu habere, qua in certū diem data sunt, & appellatos sine querela reddere. Pessimi est debitoris, creditori facere cnoiuicū. Omnes ergo nostros, & quos superstites lege nascendi optamus, & quos praecedere iustissimum ipso rum uotum est, sic amare debemus tanq; nihil nobis de perpetuitate, immo nihil de diu turnitate eorum promissum sit. Saepē admonendus est animus metuere ut recessura, immo tanq; recedentia, quicquid a fortuna datum est, tanq; exemplum ab auctore possideas. Rapite ex liberis uoluptates, fruendos uos inuicem liberis date, & sine dilatatione omne gaudium aduertite. Nihil de hodierna die promittitur. Nimiris magnam aduocationem dedi.

tionem dedi. Nihil de hac hora, Festinandum est. Instatur a tergo, iam deficiet iste comitatus. Iam contubernia ista sublato clamore soluentur. Rapina rerum omnium est. Misericordia nescitis in fugam uiuere. Si mortuum tibi filium doles, eius temporis quo natus est, crimen est. Mors enim illi nascenti determinata, & in hanc legem datus. Hoc fatum ab utero statim prosequatur. In regnum fortunæ, & quidem durum atq; inuictum peruenimus, illius arbitrio digna atq; indigna pastruri, corporibus nostris impotenter, contumeliose, crudeliter abutetur, alios ignibus peruret, uel in poenā admotis, uel incerta nudos maria factabat, & luctatos cum fluctibus, ne in harenam quidem aut litus explodet in alicuius uentre immensa belua detrudet. Alios morborum uarijs generibus emaceratos, diu inter uitam mortemq; detinebit, ut uaria & libidinosa, mancipiorumq; suorum negligens domina, & peccatis & muneribus errabit. Quid opus est partes defeler? Tota uita flebilis est. Vrgebunt noua incomoda priusq; ueteribus satisfeceris. Moderandus est itaq; nobis animus ad haec maxime qua immoderate fertis, & in mortuis, & in dolores humanū pectus dispendendum.

Væ denum ista tua publicæ conditionis obliuio est. Mortalis nata es, mortaliter peperisti, putre ipsa fluidumq; corpus, & casibus morbisq; repetita spe rasti, tam imbecilla materia solida & eterna gestasse. Decessit filius tuus, id est decurrit ad hunc finem, ad quem, quae feliciora partu tuo putas, properant,

Hac omnis ista qua in foro litigat, in theatris, in templis præcatur, turbat. Non dispar gradu uadit. Et quae diligis ueneraris, & quae despicias, unus exequabit cinis hic uidelicit, illa Physicis oraculis alscripta noscit. Quid est homo? quodlibet quassumus, & quodlibet fragile iactatu, non tempestate, ut dissipari est opus. Vbi cumq; arietis ueris, solueris. Quid est homo? imbecillius corpus, & fragile, nudum, suape natura, in ierme, aliena opis indigens, ad omnē fortunā contumeliam projectum, cum bene laceratos exercuit, cuiuslibet ferarum pabulum, cuiuslibet uictima, ex infirmis fluidisq; contextū, & linamentis exterioribus nitidum, frigoris, aestus & laboris impatiens. Ipso rursus sit & olio iturum in oculum in tabem, alimento metuens sua, quorum modum inopia rum pit. Anxia sollicitaque tutela, præcari spiritus, & male inharentis, qua parum repentinū audiet ex improculo sonus auribus grauis excutit. Soli semper sibi nutrimentum uitiosum & inutile. Miratur in hoc mortem unius, quae singulis opus est. Nunquid enim ut concidat, res magni molimenti est. Odor illi saporiq; & lassitudo, & uigilia & humor, & cibus, & sine quibus uiuere non potest, mortifera sunt. Quocumq; se mouet infirmitatis suæ statim concium, non omne calum ferens, aquarum nouitatibus, flatuq; non familiari aura, & tenuissimis causis atq; offendisq; morbidum, putre, t' causaq; fletus uitam auspiciatum, ceteram quantos tumultus hoc tam contemptum animal mouet. In quantas cogitationes oblitum conditionis suæ uenit, immortalia aeterna uoluntat animo, & in nepotes pronepotescq; disponit. Cum interim longa conantem eum mors opprimit, & hoc quod senectus uocatur, Pauci sunt circuitus annorum.

Dolor tuus or Martia, si modo tibi illa ratio est, utrum sua spectat incommoda, an eius qui decepit? Vtrum te amissio filio mouet, quod nullas ex illo uoluptates ceperiles, an quod maiores, si diu uixisse, percipere potuisti? Si nullas te percepisse dixeris, tolerabilius efficies detrimentum tuum. Minus enim homines defuderant ea, ex quibus nihil gaudi letitiae, percepereant, si confessa fueris pcpisse magnas uoluptates, oportet te non de eo quod detractum est queri, sed de eo gratias agere quod collegisti. Peruenierat ei sati magni fructus laborum suorum ex ipsa educatione, nimiris forte hi qui catulos aueq; & friuola animorum oblectamenta summa diligentia nutrunt, fruuntur aliqua uoluptate ex usu tactuq; & blanda adulatione multorum, liberos nutrientibus non ipsa fructus educatione acquiritur. Licit itaq; tibi nihil industria eius contulerit, licet nihil diligentia custodierit, nihil prudentia sua, ipsum qd habuisti qd amasti, fructus est. At potuit longior esse, non maior. Melius tamen tecum actum est qd si omnino non contigisset. Quoniam si ponatur electio, utrum satius sit no diu felicem esse, an nunquam. Est melius discellura nobis bona quam nulla contingere. Vtrum ne malles degenerem aliquem, & numerum tantum, nomenq; filij explere?

Ait. casuram
fletu.

n 4 turum